nudent. *Altar.* a Celebrant. cum minis-
tris. Hora competenti fit *Mandat...* ut in
Missal. et postea *Sermo* Concionator
non petit benedict. nec. Pulpit. cooperit.
panno, nec mane.

Vp. dup. cum luminib. et sin. cantu, Ad
Complet. et *Horas* extinguuntur.





Aprilis.

I **F**ER. 6. *In Parasceve nigr.* dup. 1. cl. De ea Offic. ut in Brev. et Missal. notat. Ministri utunt. *Planet. plicat.* Crux altar. cooperit. velo *Viol.* vel *nigr.*, luminar. non accendunt. usq. ad finem adorat. Crucis. Procedit. ad *Process.* in parament. *nig.* sed velo humeral. et baldachin. *alb.*, *A detectione Crucis* omittuntur Chori salutation. usque ad Non. Sab. Sanct.

¶ *Hodie fit in Parochiis Collecta pro locorum sacrorum restauratione* (Brev. Ss. Leonis XIII 26 Decembr. 1887.)

Vp. ut heri et pr.

2 Sab. Sanct. (Ordines.) dup. 1. cl. *Viol.* usq. ad Missam. Offic. pr. Post Non. fit benedict. novi ignis, incensi, Coerei Pasch., Font. Baptis. cum Littan. et in Mis. color. *alb.*, omnia ut in Missal.

¶ Omnes Eccles., etiam Regularium expectare debent signum Matricis vel Eccles. principal. ad pulsand. campanas ad *Gloria in excelsis*.

¶ Coereus Pasch. ardet hodie et trib. seq. dieb., Sab. in albis et Dominic. ad utrasque Vp. et Mis. usque ad Ascens.

Vp. in Chor. ut in Missal. extra ut in Brev. In fine *Complet. Regina coeli...* & *et or.* usq. ad Vp. Trinit.

¶ *Nihil hoc anno de S. Franc. a Paul. C.*

3 Dom. ☩ *Resurrect. D. N. J. C. alb.*, dup. 1. cl. cum oct. privileg. Offic. pr. In Martyrolog. ante Kalend. et Lunam dicit. *Haec dies... etc.* Chor. interim stante, detecto capite, usque ad verbum *secundum carnem*. Ad aspersionem *Vidi aquam* usq. ad Trinit. et intonat. *flexis genib.*

Mis. | pr., un. or. *Sequentia... Cr., Comm-tes...* pr. omnia usq. ad Sab. in Albis. Ad *Ite Missa est* 2 *Alleluia* usq. ad Sab. in albis. inclusive., et ita in fine Ld. et Vp. ad *Bmus. Dño.*

2. Vp. Complet. ut in Brev. notant.

4 Fer. 2. (††) De infraoct. dup. 1. cl. *alb.*, ut in pr. et Mis.

¶ *Offic. S. Isidor. E. C. et D. transf. ad
12 huj.*

2. Vp.

5 Fer. 3. (†) *alb.*, De infraoct .dup. i.
cl. ut in pr. et

Mis.

¶ *Nihil fit hoc anno. de S. Vicent. Ferrer C.*

In 2. Vp. fit com. B. Julianae a Corne-
lion V. (cras simplif.)

6 Fer. 4. *alb.*, De infraoct. sem. ut in pr.,
fit com. in Ld. B. Julianae a Cornelion
V. et in

Mis. pr. sin or. 3. † *Anima.*

In 2. Vp. fit com. B. Julianae V.

7 Fer. 5. *alb.*, De infraoct. sem. ut in pr.
Mis. pr. or. 2 *Ecclesiae.* sin 3.^a

2. Vp.

8 Fer. 6. *alb.*, De infraoct. sem. ut heri
et pr.

2. Vp.

9 Sab. in albis *alb.*, De infraoct. sem ut
in pr. et Mis.

Vp. ritu dup. ut in Psalt. sab. sub. un.
añã *Alleluia...* etc. a Cap. de seq. Dom.
añã et X̄ pr. *Bmus. Dño...* sin. *Alleluia.*
Ad Complet. añã *Alleluia...*

¶ Tot. Temp. Pasch. terminatio Hymn. erit *Deo Patri... et Filio qui a mortuis.* usq. ad Ascens. nisi notet. pr. In Offic. et Mis. diligenter. addi debet *Alleluia* ut praescribitur in Rubric. *Brev.* et *Missal.* Ad *Matutin.* dicunt. Psalm. unius cujus que N. sub. 1.^a añã, pr. vel de cñi.

10 Dom. ☩ in albis. *alb.*, 1. et oct. Pasch. 1. cl. De ea dup. Offic. ut in Psalt. et pr. Ad *Prim.* 3. Psalmi consueti et Symbol. *Quicumque... R̄ br. Qui surrexisti a mortuis...* usque ad Ascens. etiam in festis (nisi aliter notat.)

Mis. pr. un. or. *Cr., Praef.* (sin. *Cmmtes.* et *Hanc igitur.*) *Pasch.* usque ad Ascens. (nisi aliter notet.) *Ite Missa est sine Alleluia.*

In 2. Vp. fit com. seq. (añã. *O Doctor.*)

¶ *Cras incipit Solemnitas Nuptiarum.*

11 Fer. 2. *alb.*, S. Leonis P. C. et D. dup. ll. pr. *R̄ 8. In medio.* et

Mis. *Cr., Praef. Pasch.* usq. ad Ascens. (nisi alit notet.)

Vp. seq. (*) (añã. in utrisq. *O Doctor.*) com. praec. añã. *Dum esset.*

12 Fer. 3. *alb.*, Offic. S. Isidor. E. C. et

D. dup. 2. cl. (fuit 4 huj.) ll. 1. N. *Sapientiam...* **R** 8. *In medio et Mis. Cr.*

In Vp. com. seq.

13 Fer. 4. *rub.*, S. Hermenegil. R. M. dup. ll. 1. de Scr. (de fer. 2. praec.) 2. N. pr. in 3. N. hom, in Ev. *Si quis Venit...* de cñi, un. M. extra Temp. Pasch. **R****R** ut in Temp. Pasch.

Mis. *Protexisti...* Ev. de Offic.

Vp. seq. com. praec. et Ss. Tiburt. Mm.

14 Fer. 5. *alb.*, S. Petr. Gonz. Telm. C. dup. maj. (H.) ll. 1. *Btus. Vir...* 9. 1. (ex 2.) et com. Ss. Tiburt. etc. Mm. in Ld.

Mis. pr. or. 2. Ss. Mm.

In Vp. com. seq.

15 Fer. 6. *rub.*, S. Justin. Philosoph. M. dup. (fix ex heri) ll. 1. N. de Scr. rel. pr. et

Mis.

Vp. a Cap. seq. com. praec.

16 Sab. *alb.*, S. Thurib. de Lieban. E. et C. dup. (H.) ll. 1. N. de Scr.

Mis. *Statuit.*

Vp. a Cap. seq. com. praec. Dom. (añã. *Ego sum... N̄ Mane...*) et S. Anicet. P. et M.

17 Dom. ☩ 2. post Pasch. *alb.*, B. Mariae
 Annae a Jesu V. dup. (H.) ll. 1. N. de
 Scr., (ex hac Dom.) 9. l. hom. et com.
 Dom. et S. Aniceti M. in Ld. *R* 1.^o *Veni*
electa... l. br. ad Prim. *O quam.*

Mis. *Dilexisti...* 2.^a or. et ult. Ev. Dom.
 3.^a S. Anicet. *Cr.*, *Praef. Pasch.*

Vp. a Cap. seq. (*) (añã. in utrisque
O Doctor...) com. praec. et Dom.

18 Fer. 2. *alb.*, S. Joann Damascen. C. et
 D. dup. (fuit 27 Mart.) ll. 1. N. *Sapientiam...*
 rel. ut in pr. (C. Dioec.) *R* 8.
In medio.

Mis. pr. *Cr.*

In Vp. com. seq.

19 Fer. 3. *rub.*, Offic. Votiv. S. Jacob. Ap.
 sem. (invenit. in fin. Brev. conces. H.
 pro 2. fer., sed per Decret. apponit. in
 3.^a loco Offic. App.) ll. 1. N. de Scr. rel.
 pr. de Offic. in hoc mense. com. de Cruc.
 in Ld. ad Prim. preces.

Mis. pr. cum *Gloria in excelsis...* or. 2.
Concede... 3.^a *Ecclesiae..* sin. *Cr.*, *Praef.*
 de App.

¶ Hodie est anniversar. septimum elect.
 seu. praeconiza. *Ilmi. ac Rumi. Dr. D.*
D. Joseph. M.^a Garcia Escudero ad

hanc Sedem Episcopalem. In Cathedr. praeter Mis. de fest. post Tert. alter. cantab. post Non. pr. de Annivers. consecrat. Ep. ut in Missal. color. *alb.*, unic. or. *Gloria... Cr., Praef. Pasch.* Ev. ult. S. Joann.

Praeterea ab omnib. Sacerdotib. tam Secularib. quam Regularib. in hac Dioec. degentib. orandum ut pro Antistite ut Deus diu incolumem servet et gregem. sibi commissum feliciter regat, addendo in omnib. Mis. (praeter de Requiem) or. 4.^a *Deus omnium fidelium pastor et rector famulum tuum Josephum quem Pastorem Ecclesiae Oxomensis* etc. omissa hodie Collecta pro Papa quamvis imperata.

Vp. a Cap. seq. com. praec. ac de Cruc. ad Complet. preces.

20 Fer. 4. *alb.*, Offic. votiv. S. Joseph. Spons. S. B. M. V. sem. Offic. pr. (vel de Patrocin. sicut Mis. si desit) ll. 1. N. de Scr. rel de Offic. Ad Ld. com de Cruc. ad Prim. preces.

Mis. pr., cum *Gloria in excelsis...* orationes ut heri notat. *Praef. Pasch.*

Vp. seq. (aña. in utrisque *O Doctor..*) com. prec.

¶ Clerici qui non Tenent. ad Chor recitari possunt vel ut supra vel de Fer. 4. simpl. color. *alb.*, ut in Psalt. Tempor. Pasch. praescrib. *Te Deum.* ad Ld. ut in Dom. praec. cum Com. de Cruc.

Mis. de Dom. praec. cum *Gloria in excelsis...* sin *Cr.*,

Vp. seq.

21 Fer. 5. *alb.*, S. Anselmi E. C. et D. dup. ll. 1. N. *Sapientiam* R 8. *In medio...* et.

Mis. *Cr.*

In Vp. com. seq.

22 Fer. 6. *rub.*, Ss. Soter. et Cajii PP. et Mm. sem. Ad Matut. in Hymn. non mutat. ult. *ŷ* ll. 1. N. de Scr. ad Ld. com. de Cruc. ad Prim. preces.

Mis. pr., or. 2. *Concede 3.^a Ecclesiae...*

Vp. a Cap. seq. com. praec. ac de Cruc. Ad Complet. preces.

23 Sab. *rub.*, S. Georg. M. sem. ll. 1. N. de Scr. com. de Cruc. ad Ld. ad Prim. preces.

Mis. *Protexisti...* orationes ut heri notat.

Vp. seq. com. S. Fidel. a Simaring. M. (cras simplif.) et Dom. tant.

24 Dom. ☩ 3. post Pasch. *alb.*, Patrocini-
S. Joseph. Spons. B. M. V. dup. 2. cl.
Offic. pr. (H.) com. S. Fidelis. a Sima-
ring. M. et Dom. (cum. 9. l. hom.) in
Ld.

Mis. pr., or. 2. S. Fidelis., 3.^a et ult.
Ev. Dom. *Cr.*, *Praef.* Pasch.

Vp. seq. com. praec. et S. Fidelis a
Simaring. M. tant.

25 Fer. 2. Litan. Major.) *rub.*, S. Marci
Ev. dup. 2. cl. Offic. pr. et Mis. *Cr.*,
Praef. de App. In Mis. priv. et in
Offic. nihil de Rogat. (I. B.)

¶ Hodie post. Non. fit proces Litan. ma-
jor. Incipit. absolute ab añã. *Exurge...*
sin. *Alleluia...* quae dicit. stando, ac se-
quit. Process. Litan. (quae duplicantur
in Procesione tant.) ut in Ritual. cum
precib. et orationib. ibi positis. In Eccles.
ubi terminat. Process. canit. Mis. ex fer.
2. Rogat. post Dom. 5. Pasch. cum
Dalm. *Viol.* sin. *Gloria...* nec *Cr.*, Ora-
tiones ut ubi *Praef. Pasch.*, *Bmus. Dño.*,
Ev. ult. S. Joann. In Cathedr. et Colleg.
2. Mis. 1.^a post Tert. de fest. ut supra,
2.^a Mis. post. Non. de Rogat. ut jam
notat.



In Paroch. ubi una tant. celebr. Mis. si fit Process. sit de Rogat. ut supra sed 2. or. erit de S. Marco, 3.^a *Concede...* Ev. ult. S. Joann. Si process. terminat. in Ecclesiis S. Marci. ibique dicat. Mis. erit S. Marc. cum com. Rogat. *Gloria... Cr., Praef. de App.*

¶ Qui Process. non interfuerint recitare debent hodie manne Litan. cum precib. et orationib. (ex praecepto) et no pri-die, quamvis jam hari *Matut.* cum *Ld.* recitaverint.

In Vp. com. seq.

26 Fer. 3. *rub.*, Ss. Clet. et Marcelin. PP. Mm. sem. Ad *Matut.* non mutat. ult. *Y* in Hymn. *ll. i. N. de Scr. (ex Dom. 3. post Pasch.) rel. ut in C. Dioec. com. de Cruc. in *Ld.*, ad Prim. praeces.

Mis. *Sancti tui...* or. pr. 2.^a *Concede...* 3.^a *Ecclesiae.*

Vp. a Cap. seq. (*) com. praec. ac de Cruc. Ad Complet. preces.

27 Fer. 4. *alb.*, S. Thurib. a Mogrovej. E. et C. sem. (H.) ll. N. de Scr. com. de Cruc. ad Prim. preces.

Mis. *Statuit...* 1.^a or. et Epist. pr. 2.^a et 3.^a ut herit notat.

Vp. seq. com. praec. ac S. Vital. M.
 28 Fer. 5. *alb.*, S. Prudent. E. et C. dup.
 (H.) ll. i. N. de Scr. 9. l. et com. S.
 Vital. M. in Ld. et

Mis. *Statuit.*

Vp. a Cap. seq. com. praec.

29 Fer. 6. *rub.* S. Petr. M. ll. i. N. de
 Scr.

Mis. pr.

Vp. a Cap. seq. comp. praec.

30 Sab. *alb.*, S. Catharin. V. dup. ll. i. N.
 de Scr. R̄ 1. *Veni electa...* l. br. ad Prim.
O quam.

Mis. *Dilexisti...* or. pr.

Vp. seq. com. praec. et Dom. (aña.
Vado... ŷ Mane.





Majus.

- 1 **D**OM. ☩ 4. post Pasch. *rub.*, Ss. App. Philip. et Jacob. dup. 2. cl. Offic. pr. ll. 1, N. de hac Dom. rel. pr., 9. 1. hom. et com. Dom. in Ld.
Mis. pr., or. 2. et ult. Ev. Dom. *Cr.*, *Praef.* de App.
- ¶ *Hodie initium habent praeces Mensis Mariani fierique possunt singulis diebus usque ad trigesimam primam inclusive.*
In Vp. com. seq. (añã. in utrisq. *O Doctor...*) et Dom.
- 2 Fer. 2. *alb.*, S. Athanas. F. C. et D. dup. ll. 1. N. de Scr. **R** 8. *In medio.* et *Mis. Cr.*
Vp. seq. com. praec. tan. In himn. ad **Y** *O Crux...* genuflect. et non mutat. ult. **Y**.
- 3 Fer. 3. (†) *rub.*, Invent. S. Cruc. dup.

2. cl. Offic. pr. 9. l. et com. S. Alexandr.
et Socior. Mm. in Ld.

Mis. pr., or. 2. (in privatis) Ss. Alexandr.
etc. Mm. *Cr.*, *Praef. de Cruce.*

In Vp. com. seq.

- 4 Fer. 4. *alb.*, S. Monic. Vid. dup. ll. 1.
N. de Scr.

Mis. pr.

Vp. a Cap. seq. (*) com. praec.

- 5 Fer. 5. *alb.*, S. Pii V P. et C.. dup. ll.
1. N. de Scr.

Mis. *Statuit...* or. pr.

Vp. seq. (añã. ad Magnifi. in utrisque
pr.) com. praec. añã. *Dum esset.*

- 6 Fer. 6. *rub.*, S. Joann. Ant. Port. Latin.,
dup. maj., ll. 1. N. *Incipit Epist. 1.^a B.*
Joann. Ap. (De Dom. infraoct. Ascens.)
rel. pr. et

Mis. *Cr.*, *Praef. de App.*

In Vp. com. seq.

- 7 Sab. *rub.*, S. Stanisl. E. et M., dup.,
ll. 1. N. de Scr.

Mis. *Protexisti...* or. pr.

Vp. seq., com. praec. et Dom.

- 8 Dom. ☩ 5. post Pasch. *alb.*, Fest. Ss.
Trinit. ob Conver. Gothor., dup., maj.,
omnia ut in festo Ss. Trinit. praeter

hymnos. II. et **RR** ritu Pasch. quae sunt pr. (ut in C. Dioec.) 9. I. hom. et com. Dom. in Ld. ad Prim. Symbol. *Quicumque*.

Mis. ut in fest Ss. Trinit. (ritu Pasch.) or. 2. et ult. Ev. Dom., *Graduale* sumit. ex Missa Votiva Ss. Trinit., *Cr.*, *Praef. Trinitat.*

In Vp. com. seq. (añã. in utrisque *O Doctor.*) et Dom.

- 9 Fer. 2. (Rogat. In Villa Burgi abstinent. sine Jejun.) *alb.*. S. Gregor. Naziancen. E. C. et D., dup., II. 1. N. *Sapientiam...* **R** 8. *In medio...*, 9. I. hom. et com. fer. in Ld.

Mis. *In medio...* or. 2. et ult. Ev. fer. *Cr.*, (I. B.)

- ¶ In Cathedr. et Colleg. 2. Mis.; 1. de fest. post Tert. un. or., 2. Mis. post Non. de *Rogat.* Dalmat. *Viol.* orationes ut in Missal. notat. sine *Gloria.* nec *Cr.*, In fine *Bmus. Domino...* In utraque Ev. ult. S. Joann.

- ¶ In *Paroch.* seu *Eccles.* ubi una tant. dicit. Mis. sit de *Rogat.* post Proeess. et in ea or. 2. erit de Offic. ocurrent. 3. *Concede...* et eodem modo duab. seq.

dieb. et fiunt processe. Litan. minor. in quib. servandum quod 25 April. notat. Qui Process. non interfuerint, dicant Litan. cum suis precibus et orationibus ex precepto mane non pridie.

Vp. a Cap. seq. (*) com. praec. et Ss. Gordiani etc. Mm.

- 10 Fer. 3. (Rogat. de qua nihil in Ofic.) *alb.*, S. Antonin. E. et C., dup., ll. 1. N. de Scr. (ex Rom. 5.^a praec.) 9. l. et com. Ss. Gordiani etc., Mm. in Ld.

Mis. *Statuit...* or. pr. 2 Ss. Gordian. etc. 3. Rogation. (I. B.)

- ¶ In Cathedr. et Collegiat. 2 Mis. ut heri notat.

Vp. seq. com. praec.

- 11 Fer. 4. (Rogat. Vig. Ascens. sine abstin. nec Jejun.) *alb.*, Ofic. Apparit. S. Michael. Archang., dup. maj., (fix ex 8 huj.) Ofic. pr., *Btio 8.^a Quorum...* 9. l., hom. et com. Vig. (añã. *Pater. ⁊ In resurrectione...*) in Ld.

Mis. pr., or. 2 et ult. Ev. Vigil., 3.^a Rogat., *Cr.*

- ¶ In Cathedr. et Colleg., 3. Mis.; 1.^a post Tert. de fest. un. or. *Cr.*, Mis. 2 post Sext. de Vig. color. *alb.*, Dalmat. et or-

gan. *Gloria in excelsis...* orationes ut ubi notant. Mis. 3.^a post Non. de Rogat. orat. ut in Missal. In omnib. Praef. Pasch. Ev. ult. S. Joann.

¶ In Paroch. ubi una tant. sit Mis., si fiat Proces. erit de Rogat., or. 2. *S. Michael.*, 3.^a *Concede...* non vero de Vig. nec Ev. ult. (I. B.)

Vp. seq. (sine ulla com.) J. et ŷ usque ad Pentecost. *Accendit. Caereus.*

12 Fer. 5. ☒ *alb.* ASCENS. DOMINI, dup. i. cl. cum oct., Offic. pr. et

Mis, (cantato Ev. extinguit Coereus Pasch.) *Cr.*, *Praef. et Commtes.* pr. et per oct. (I. B.)

¶ *De S. Dominic. Calzeat. nihil fit hoc ann.*

¶ *Omnes Christi fideles. qui novem continuis diebus ante Pentecost. quotidie preces aliquas peculiare ad Spiritum Sanct. pie fecerint, singulis diebus indulgent. septem annorum totidemque quadragenarum lucrari possunt; plen. autem in unoquolibet eorundem dierum vel ipso die Pentecost., vel quolibet ex octo insequentibus, modo vere confessi et S. Commun. refecti, pro haereticor. et in-*

fidelium reductione ad fidei unitatem oraverint. Ultramque iterum Indulgen. consequi valent, si per octo dies proxime Pentecost. inscquentes, easdem precum conditiones iteraverint. Quae omnes Indulg. sunt animabus purgatorii applicabilis. (Indult. gener. perpet. 5 Majii 1895.)

In 2. Vp. fit com. seq.

- 13 Fer. 6. *alb.*, S. Petr. Regalad. C., dup. (*) (H.) ll. 1. N. de Scr. (ex hac fer.) com. oct. in Ld.

Mis. *Os justi...*, or. pr., 2.^a oct., *Cr.*, *Praef.* etc. de Oct.

Vp. a Cap. seq. (*) com. praec., oct. et S. Bonifac. M.

- 14 Sab. *alb.*, S. Paul. a Cruce C., dup., (fix. ex 28 April) ll. 1. N. de Scr., com. oct. S. Bonifac. M. (cum. 9. l. ex 2.) in Ld.

Mis. pr., or. 2. oct., 3.^a S. Bonifac. *Cr.*, *Praef.* etc. de oct.

Vp. a Cap. seq. (*) com. praec., Dom. infraoct. et oct. ut in Brev. notat.

- 15 Dom. ☩ infraoct. Ascens. *alb.*, S. Isidor. *Ægricol.* C., dup., (H.) Offic. pr., 9. l., hom. et com. Dom. et oct. in Ld.

Mis. pr., or. 2.^a et ult. Ev. Dom. infra-

oct., 3.^a oct., *Cr., Praef. etc. Ascens.*

Vp. a Cap. seq; com. praec., Dom. et oct.

16 Fer. 2. *rub.*, S. Joann. Nepomuc. M., dup., ll. 1. N. de Scr. (ex Dom. praec.) com. oct. in Ld.

Mis. *Protexisti...*, or. pr., 2.^a oct., *Cr., Praef. etc. de Ascens.*

Vp. a Cap. seq. com. praec. et oct.

17 Fer. 3. *alb.*, S. Paschal. Baylon. C., dup. (H.) ll. 1. N. de Scr., 2. N. pr., (ut in Cod. Dioec) com. oct. in Ld.

Mis. *Os justi...*, or. pr., 2.^a Oct., Ev. *Confiteor...*, *Cr., Praef. de Ascens.*

Vp. a Cap. seq. (Hymn. pr. conclus. non mutat.) com. praec. et oct.

18 Fer. 4. *rub.*, S. Venant. M., dup., Ad Matut. et Ld. Hymn. pr., ll. 1. N. de Scr., com. oct. in Ld.

Mis. *Protexisti...*, or. pr., 2. Oct., *Cr., Praef. etc. de Ascens.*

Vp. seq. (ut in 1. de fest.) com. praec. S. Petr. Coelestin. E. et C. (cras simplif. dicit cognom. Coelestin. in or.) et S. Pudent. V.

19 Fer. 5. *alb.*, Oct. Ascens. dup. Offic. ut in pr. et fest, 9.l. et com. S. Petr.

Coelestin. et S. Pudent. V. in Ld.
 Mis. pr., or. 2. S. Petr. Coelestin, 3.^a
 S. Pudent. V., *Cr., Praef. et Comites*
Ascens.

In 2. Vp. fit com. seq. et S. Petr.
 Coelestin.

20 Fes. 6. *alb.*, S. Bernardin. Senens. C.,
 sem., ll. 1. N. de Scr. (ex hac fer.) com.
 fer (añã, Ÿ et or. ut in Ld. Dom. praec.)
 in Ld. non fit com. de Cruce nec preces
 ad Prim.

Mis. *Os justi...*, or. pr., 2.^a fer., 3.^a.
Conceat... sine *Cr., Praef.* (sine *Com-*
ites) *Ascens.*

In 2. Vp. fit com. fer. (ut in 2 Vp.
 Dom. praec.) sine com. de Cruc, nec
 prec. ad complet.

21 Sab. Vig. Pentecost. (Jejun. cum abs-
 tinent. a carnib. etiamsi habeat. Indul.
 Bullae.) *alb.*, in Offic. sed in Missis so-
 lemnib. et priv. color. *rub.*, De ea, sem.,
 Offic. pr. (ut in Dom. praec.) ll. 1. N.
 de Scr. (ex hoc Sab.) rel. pr. de hac
 Vig. sine com. de Cruce nec precib. ad
 Prim.

Mis. pr. Introit. in Mis. prv. *Cum Sanc-*
tificatus.. reperit. in fine ejusdem Missae,



et omit. Prophetiae et orationes, dicit. *Gloria in excelsis...* un cr. (non dicit imperat) sine *Cr.*, *Praef. Commtes...* et *Hanc igitur* pr. et per tot oct. seq.

¶ Finita Non et extinctis Candel. legunt. Prophet. ut in Missal. notat. Celebrans. cum casul. et Ministri Planet. plicat. *Viol.* et cantat. a Chor. posteaque fit benedit. Font. Bapt. in Catedr. Colleg. et Paroch. ubi est Fons. Consuetudo illam omittendi in Sab. Pentecost., etiamsi sit immemorabil. eliminand. est velut abus. et Rubric. contrar. Ad benedit. procedit. et fit ut in Sab. Sanct. preter. 1^{am} orat. quae est pr. de hac die Post. Litan. cantabit. Mis. solem. cum Dalmat. color. *rub.*, sine *Introit.* Ad *Gloria in excelsis...* pulsant. organ. et campan. in signum. laetit. rel. ut in Mis. priv. notat. Ad Ev. non deferunt. lumin. sed incensum tant. In Chor. non genuflect. ad orationes etc. (I B.)

¶ Ab hac die usq. ad Sab, seq. nequeunt celebrar. Missae votiv. aut de Requiem privatae. Solemn. pro *re gravi* permit. (excepto hodie et triduo seq.) Solemn. de Requiem. *corpore praesente* permit.

(excepta crastina die) in qua tant. fit
Offic. sepulturae absque cantu.

¶ *Offic. Ss. Torquat. etc. Mm. transfert.
ad 15 Junii.*

Vp. seq. sine ulla com. In hymn. *Veni
Creator...* omnes genuflect. et ult. V̇ est:
Deo Patri... et Filio qui a mortuis... usq.
ad Sab. seq. etiam ad Complet. et horas.

22 Dom. ☩ Pentecost. *rub.*, dup. 1. cl.
cum oct. privil., Offic. pr., Ad Prim. in
Ṙ br. *Qui sedes...* usq. ad Advent. nisi
alit. notet. ad Tert. per. tot. oct. Hymn.
Veni Creator.

Mis. pr., *Cr.*, *Praef. Commtes* et *Hanc
igitur...* pr. et per oct. (I. B.)

¶ *Nihil hoc anno. de Conversione S.
Agustini.*

2. Vp.

23 Fer. 2. (††) *rub.*, De infraoct., dup. 1.
cl. ut heri et pr. (I. B.)

2. Vp.

¶ *Nihil hoc anno de Apparit. S. Jacob.
Ap.*

24 Fer. 3. (†) *rub.*, De infraoct., dup. 1.
cl. ut heri et pr. (I. B.)

¶ *Nihil hoc anno de Ss. Nerei etc. Mm.*

In 2. Vp. fit com. S. Gregor. VII P.

et C. (cras simplicat.) et S. Urbani. P. et M.

- 25 Fer. 4. (Quat. Temp. Jejun.) *rub.*, de infraoct. sem. ut in pr. com. S. Gregor. P. et C. (simplif.) et S. Urbani P. et M. in Ld.

Mis. pr., or. 2. S. Gregor., 3.^a S. Urban. *Cr.*, *Praef.* et *Commtes.* de oct. (Mis. Conv. post Non. et ita Fer. 6. et Sab. seq.) (I. B.)

In 2. Vp. fit com. S. Philip. Ner. C. (cras simplif.) S. Gregor., P. et C. et S. Eleuther. P. et M.

- 26 Fer. 5. *rub.*, De infraoct., sem., ut in pr. com. S. Philip. Neri C. et S. Eleuther. P. et M. in Ld. et

Mis. pr., *Cr.*, *Praef.* et *Commtes* de oct. † *Anima.* (I. B.)

In 2 Vp. fit com. S. Philip. Neri C. et S. Joann. P. et M.

- 27 Fer. 6. (Quat. Temp. Jejun) *rub.*, De infraoct., sem. ut in pr. com. S. Joann. P. et M. in Ld.

Mis. pr. (Conv. post Non.) or. 2. S. Joann, tant., *Cr.*, *Praef.* etc. de oct.

¶ *Offic. S. Bedae Venerab, C. et D.*
Transfert. ad 17 Junii.

2 Vp. et fit com. S. Augustin. Cantuar.
E. et C. (cras simplif.)

28 Sab. (Quat. Temp. Jejun. Ordines.) *rub.*,
De infraoct., sem. ut in pr., com. S.
Augustin. E. et C. in Ld.

Mis. pr. cum Prophetiis etiam in Mis.
priv. (conv. post Non.) or. 2. S. Augusti-
ni tant., *Cr.*, *Praef.* etc. oct. (I. B.) †
Anima.

† *Finita Missa terminat. Temp. Pasch.*

† *Incipit Pars Æstiva Brev.*

Vp. seq. com. S. Augustini Cantua-
riens., Dom. (añã *Loquere... & Vesper-
tina...*) et S. Ubald. E. et C. (cras sim-
plif. fix ex 16 Majii.)

† Ad Complet. añã. *Miserere...* et in fine
añã. B. M. V. *Salve Regina...* & et or.,
usque ad Advent.

29 Dom. ☩ 1. Post Pent. *alb.*, Fest. Ss.
Trinit., dup. 2. cl., Offic. pr., 9. l., hom.
et com. Dom. et S. Ubald. E. et C. in
Ld. Ad Prim. tres Psalm. consuet. et
Symbol. *Quicumque...* Ad aspersion.
aquae, añã. *Asperges me...* usque ad
Pasch. Resurret.

Mis. pr., or. 2 et ult. Ev. Dom., 3.^a or.,
S. Ubald., *Cr.*, *Praef. Trinit.*

Vp. seq., com. Ss. Trinit. tant.

- 30 Fer. 2. (†) *alb.*, S. Ferdinandi Regis.
C., dup. 1. cl., Offic. pr. (H.) et
Mis. sine *Cr.*

¶ *Nihil hoc anno de S. Felic. M.*

In Vp. com. seq. (J. et Y.)

- 31 Fer. 3. *alb.*, Fest. B. M. V. Reginae
Ss. Omn. et Matr. Pulchr. Dilect, dup. 2.
cl., (H.) Offic. pr., com. S. Petronilae
V. in Ld.

Mis. pr., (in priv. com. S. Petronil. V.)
Cr., *Praef. Et te in festivitate.*

In Vp. com. seq.





Junius.

- 1 **F**ER. 4. *alb.*, S. Angelae Meric. V., dup. (fix. ex 31. Majii) ll. 1. N. de Scr. (Incipit Lib. ii Regum ex fer. 2. praec.) rel. pr., **R** 1. *Veni electa...* l. br. ad Prim. *O quam.*

Mis. *Dilexisti... Praef. eñis*

Vp. seq. sine ulla com. In hymn. ad *Ÿ Tantum ergo...* et ad *O Salutaris...* genuflect. per tot. oct. seq. (J. et *Ÿ* per tot. oct. seq.)

- 2 Fer. 5. **X** *alb.*, SOLEMNIT. SS. CORPORIS CHRISTI., dup. 1. cl. cum oct. privil. Offic. pr., et

Mis. cum *Sequentia... Cr., Praef.* (sine *Commtes.*) Nativ. et per oct.

- ¶ *Nihil hoc anno de S. Maria Magd. de Pazzis V. et de Ss. Petr. et Marcellin. Mm.*

¶ Hodie juxta Decret. celebrari potest Mis. solemn. si placet post Non. sed celebranda omnino ante Process. In infraoct. Mis. erit post Tert. Finita Missa solemn. fit hodie Process. Smi. Sacramenti ut in Caeremon. Epp. ac in Rituali traditur., quae terminat. per *Tantum ergo...* et or. ut in Ritual. sine *Domineus vobiscum...* et cum conclus. *Qui vivis et regnas in secula.*

¶ «In hac Oct. conced. asistentib. Divin. Offic. (si Smum. Sacrament. pateat) ab Urban. VII. et Innocent. XII pro Vp. Matut. et Mis. Conv. pro singul. 500 dies indulgent, et pro qualibet hora minor. 260.»

In 2 Vp. fit com. S. Joann. Bapt. la Salle C. (cras simplif.)

3. Fer. 6. *alb.*, De infraoct., sem. ut heri et pr., com. S. Joann. Bapt. la Salle C. in Ld.

Mis pr., ut heri, or. 2. S. Joann. Bap. la Salle., 3.^a *Concede...* Cr., *Praef.* de oct.

In 2. Vp. fit com. S. Francisci Caraz. C. (cras simplif.) et S. Joann. Bapt. la Salle.

- 4 Sab. *alb.*, De infraoct. sem. ut heri. et pr., com. in Ld. S. Francisc. Caraz. et in Mis. or. 3.^a *Concede...* rel. ut heri notat.

Vp. a Cap. de Dom. infraoct., com. oct. (ut in Brev. notat.) S. Bonifac. E et M. (cras simplif.) et S. Francisc. Caraziol. C.

- 5 Dom. ☒ infraoct. 2. post Pent. *alb.*, De ea, sem., ut in pr. et fest. Corpor., com. oct et S. Bonif. M. in Ld.

Mis. pr. (sine *Sequentia*) or. 2. oct., 3.^a S. Bonif. M., *Cr.*, *Praef.* de oct., Ev. ult. S. Joann.

In Vp. com. oct., S. Norberti E. et C. (cras simplif.) et S. Bonifac. M.

- 6 Fer. 2. *alb.*, De infraoct., sem. ut in pr. et fest. com. S. Norberti in Ld. et

Mis. pr., or. 3 *Concede...* *Cr.*, *Praef.* de oct.

In Vp. fit com. B. Didaci a Gadib. C. (cras simplif. fix. ex 24 Martii) et S. Norberti.

- 7 Fer. 3. *alb.*, de infraoct., sem. ut in pr. et fest. com. B. Didaci a Gadib. in Ld. et Mis. rel. ut heri notat.

In Vp. fit com. B. Didaci a Gadib. C.



- 8 Fer. 4. *alb.* De infraoct., sem. ut in pr. et fest.

Mis pr., or. 2. *Concede...*, 3.^a *Ecclesiae* vel *pro Papa. Cr., Praef.* de oct.

Vp. seq. (ut in 1. de fest.) com. Ss. Primi et Feliciani Mm.

- 9 Fer. 5. *alb.*, Oct. Smi. Corpor Christi, dup. ut in pr. et fest., com. Ss. Primi et Feliciani, Mm. in Ld. et

Mis. ut in fest., *Cr. Praef.* de oct.

In 2. Vp. nulla fit com. neq. de seq. quamvis sit Titular. (J. et Y.)

- 10 Fer. 6. *alb.*, Fest. Sacrat. Cordis Jesu., dup. 1. cl., Offic. pr. (H.) concess. ut sequitur. Invitat. *Cor. Jesu...*, Hymn. ad Matut. et 2. Vp. *Quicumque...*, anae N. N. pr., ll. 1. N. *Ephes.*, 2. N. *De sermone S. Bernardin.* cum addit. ut in Codic. Dioec.

Mis. *Egredimini...* (si desit sicut et Offic. sumit de Sacrament.) *Cr., Praef. Nativ.*

- ¶ *Nihil hoc anno de S. Margarita Vid.*

In Vp. com. seq.

- 11 Sab. *rub.*, S. Barnab. Ap., dup. maj., Offic. pr. et

Mis., *C., Praef.* de App.

In 2. Vp. fit com. seq., S. Joann. a S. Facundo C. (cras simplif.) Dom. (añã. ut in Sab. ante Dom. 3. et or. *Y* de Psalt.) et Ss. Basilid. etc. Mm. (J. et *Y*.)

- 12 Dom. **X** 3. post. Pent. *alb.*, Fest. Purisim. Cord. B. M. V., dup. maj., Offic. pr., com. S. Joann. a S. Facundo C., Dom. (cum. 9. l. hom.) et Ss. Basilid. et Socior. Mm. in Ld.

Mis. pr., or. 2. S. Joann. a S. Facundo, 3.^a et ult. Ev. Dom., 4.^a Ss. Basilid. etc. *Cr.*, *Praef. Et te in festivitate...*

In Vp. com. seq., S. Joann. a S. Facundo et Dom.

- 13 Fer. 2. (**†**) S. Antonii de Padua C., dup., *alb.*, ll. 1. N. de Scr.

Mis. pr.

Vp. a cap. seq. ((* añã. in utrisque *O Doctor...*) com. praec.

- 14 Fer. 3. *alb.*, S. Basilii E. C. et D., dup., ll. 1. N. de Scr., **R** 8. *In medio...* et.

Mis., *Cr.*,

Vp. seq., com. praec. ac Ss Viti etc. Mm. (ut in Ld.)

- 15 Fer. 4. *rub.*, Offic. Ss. Torcuati, Coecillii et Socior. E. C. et Mm., dup. maj., (fuit 21 Majii H.) ll. 1. N. de Scr., rel.

ut in Codic. Dioec., 9. l. et com. Ss. Viti etc. Mm. (ut in 1. Vp.) in Ld.

Mis pr. vel *Sacerdotes Dei...* ut in cñi. unius Mart., cum Epist. et Ev. de Mis. *Intrect...*, or. 2. Ss. Viti et Mm. sine *Cr.*

In 2. Vp. fit com. seq.

16 Fer. 5. *alb.*, S. Joann. Francisci Regis. C. sem., (H.) ll. 1. N. de Scr., ad Ld. Suffrag., ad Prim. preces.

Mis. *Os justi...* or. pr., 2. *A cunctis...*, 3.^a ad libit.

Vp. seq. (*) (añã. in utrisque *O Doctor...*) com. praec.

17 Fer. 6. *alb.*, S. Bedae Venerab. C. et D., dup. (fuit 27 Majii) ll. 1. N. *Sapientiam...*, 2 et 3 N. pr. (ex conces. 1899) *R* 8. *In medio...* et

Mis., or. pr., *Cr.*

Vp. a Cap. seq., com. praec. et Ss. Marc. et Marcelian. Mm. (ut in Ld.)

18 Sab. *rub.*, Ss. Ciriaci et Paulae Mm., dup., (H.) ll. 1. N. de Scr., 9. l. et com. Ss. Marc. Marcelian. Mm. (ut in 1. Vp.) in Ld. et

Mis. pr.

Vp. a Cap. seq., com. praec., Dom. (añã. ut in Sab. ante Dom. 4. et or., *Y*

Vespertina...) et Ss. Gervas. et Protas. Mm.

- 19 Dom. ☩ 4. post. Pent. *alb.*, S. Julian. de Falcone. V., dup., ll. 1. N. de Scr., 9. l. hom. et com. Dom. et Ss Gervas. et Protas. Mm. in Ld. *R* 1. *Veni electa...* l. br. *O Quam.* Mis. *Dilexisti...*, or. pr., 2.^a et ult. Ev. Dom., 3.^a Ss. Gervas. et Protas., *Cr.*, *Praef. Trinit.*

In Vp. com. seq., Dom. et Silver. P. et M.

- 20 Fer. 2. *alb.*, Offic. votiv. Ss. Angelor., sem., Offic., pr. (si desit. de Ss. Angelor. 2. Octobr.) ll. 1. N. de Scr., rel de Offic., 8.^a *Istio. Quorum.* 9. l. et com. S. Silver., in Ld. Suffrag., ad Prim. preces.

Mis. pr. (inter votiv.) cum *Gloria in excelsis...* or. 2. S. Silver., 3.^a *A cunctis...* sine *Cr.*, *Praef. commis.*

Vp. seq. com. praec.

- ¶ Clerici qui non tenent. ad Chor. recitari possunt vel ut supra vel de S. Silverio P. et M. simpl. *rub.*, et ita ordinat. Offic. Pridie in Vp. omit. com. Offic. votiv. Ad matut. Invitat. Hymn. et *Y* de cñi. unius M. Psalm. de fer. Absolut.

Exaudi... Benedict. 1.^a *Ille nos..* 2.^a *cujus fest.* 3.^a *ad Societatem..* l. 1.^a de Scr. (ex hac fer. 2.) *R.* 1 et 2.^o ex l. N. (de cni. 1. M.) ll. 2.^a et 3.^a pr. cum *Te Deum...* Ad Ld. et horas ut in fest. Suffrag. ad Prim. preces. Mis. pr. cum *Gloria...* sine *Cr.*, or. 2. *A cunctis.*, 3.^a ad libit., Vp. seq.

- 21 Fer. 3. *alb.*, S. Aloys. Gonzag. C., dup. ll. 1. N. de Scr.

Mis. pr.

In Vp. com. seq. et S. Paulin. E. et C.

- 22 Fer. 4. *alb.* Offic. votiv. S. Joseph. Spons. B. M. V., sem. Offic. pr. (si desit de Patrocin. sicut Mis.) ll. 1. N. de Scr. rel. de Offic., 9. l. et com. S. Paul., in Ld. Suffrag. (omit. de S. Joseph.) ad Prim. preces.

Mis. pr. cum *Gloria in excelsis...*, or. 2. S. Paulin., 3.^a *A cunctis...*, sine *Cr.*

Vp. a Cap. seq. (ex Decret.) com. praec. Suffrag., ad Complet. preces. (J. et Y.)

- ¶ Qui non tenent. ad Chor. vel ut supra vel de S. Paulino. E. et C. ritu simpl. color. *alb.*, ut in 20 huj. notat., *mutatis mutandis.*

23 Fer. 5. (Vig. S. Joann. Baptist. sine Jejun. ex Apostol. dispens.) Offic. votiv. Ss. Eucharist. Sacrament. sem., *alb.*, ll. 1. N. de Scr., rel ut in Offic. (vel de festiv. si desit.) 2 et 3, N. ut in mens. Junii (vel. ex fer. 2. infraoct. Corpor.) 9. l. hom. et com Vig. (añã. et \bar{y} de Psalt. or. pr.) in Ld. Suffrag., ad Prim. preces. Mis. pr. (inter. votiv.) cum *Gloria in excelsis...*, sine *Cr.*, or. 2. et ult. Ev. Vig., 3.^a *A cunctis...*, *Praef. Nativ.*

¶ In Cathedr. et Colleg. 2. Mis., 1.^a de fest. post Tert., or. 2. *A cunctis...*, 3.^a ad libit.; Mis. 2.^a post Non de Vig. (Dalmat. *Viol.*) orationes ut ibi. In utrisque Ev. ult. S. Joann.

Vp. seq. sine ulla. com.

24 Fer. 6. (††) *alb.*, Nativit. S. Joann. Baptist., dup. 1. cl. cum oct., Offic. pr. et

Mis. sine *Cr.*, (Nisi sit Titular. vel Patron.)

In Vp. com. seq.

25 Sab. *alb.*, S. Guliem. Ab. C., dup., ll. 1. N. de Scr., com. oct. in Ld.

Mis. *Os justi...* de Abb., or. 2. oct.

Vp. a cap. seq. (añã. pr.) com. praec.,

Dom. (añã. ut in Sab. ante Dominic. 5. post Pent. et or.) et oct.

26 Dom. ☩ 5 post. Pent. *rub.* Ss. Joann. et Paul. Mm., dup., Offic. ut in pr. R' 8. *Hæc est Vera...*, 9. l., hom. et com. Dom. et oct. in Ld. añãe pr.

Mis. pr., or. 2. et ult. Ev. Dom., 3.^a oct., *Cr., Praef. Trinit.*

¶ In hodiernam diem transfertur solemnitas Festi Nativit. S. Joann. Bapt. coram populo ex Decreto dato quando obligatio abstinendi a servilib. et sacrum audiendi ipso die sublata fuit. Celebranda est igitur Mis. votiv. solemn. in Cathedr. et Colleg. post Non. preter aliam de Officio current. post Tert. In 1. Mis. non fit com. oct. sed solum Dom. cum. Ev. ult. S. Joann., et in utrisque *Gloria.. Cr., Praef Trinit.* Missae privatae omnes erunt de Offic. ut supra notat. et similiter in Parochiis. Sed ubi unus tantum est Sacerdos in Parochiis, Mis. princeps seu major erit de S. Joann Baptist. color. *alb.*, cum com. Dom. *Gloria Cr., Praef. Trinit.* Ev. ult. S. Joann.

In 2. Vp. fit com. Dom. et oct.

27 Fer. 2. *alb.* Et infraoct. S. Joann.

Bapt., sem., ll. 1. N. de Scr. (ex Dom. 5 praec.) rel. de Offic. festi, sed ll. 2 et 3. N. erunt de 4.^a die infraoct.

Mis. ut in fest., or. 2. *Concede...*, 3 *Ecclesiae...* Vel *pro Papa*.

Vp. seq. com. oct.

28 Fer. 3. *alb.* (Vig. Ss. App. Petri et Paul. Jejun. cum abstinent. a carnib. etiam si habeat. Indult. Bullae) S. Leonis P. et C. sem., ll. 1. N. de Scr., com. oct. et Vig. (cum 9. l. hom.) aña. et Y de Psalt. or. pr.

Mis. pr., 2.^a et 3.^a or. de oct. et Vig cum Ev. ult. de Vig.

¶ In Cathedr. et Colleg. 2. Mis., 1.^a de fest. post Tert. cum com. oct., or. 3.^a *Concede...*, Mis. 2.^a post Non. de Vig. (Dalmat. *Viol.*) orationes ut in Missal. In utrisque Ev. ult. S. Joann.


Vp seq. sine ulla com.

29 Fer. 4. *✠ rub.* Ss. *App. Petr. et Paul.*, dup. 1. cl. cum oct. Offic. pr. et

Mis., *Cr.*, *Praef.* de App. et per oct. (nisi aliter notet.)

Vp. ut in Brev. notat.

30 Fer. 5. *rub.* Commemorat. S. Pauli.



Ap., dup, maj., Offic. pr., com. S. Petr.
Ap. et oct. S Joann. Baptist. in Ld.

Mis. pr., or. 2. S. Petr., 3.^a oct., *Cr.*,
Praef. de App.

¶ Fuit heri septimum anniver. Consecra-
tionis *Excmi. ac Rmi. Dris. D. D. Jo-*
seph. Maria Garcia Escudero Ep. huj.
Dioec., quod non potuit celebrar. prop-
ter fest. App., ideo hodie in Cathedr.,
praeter Mis. de fest. post Tert. canta-
bitur altera post Non. de praedict. anni-
ver. ut in Missal. color. *alb.* unic. or.
Gloria et Cr., Praef. comnis. Ev. ult. S.
Joann. Praeterea ab omnib. Sacerdotib.
tam Saecularib. quam Regularib. in hac
Dioec. degentib. orandum est pro Antis-
tite, ut Deus diu incolumem servet et
gregem sibi commis. feliciter regat, ad-
dendo in Mis. priv. et solem., (praeter
de Requiem et in Convent, 1.^a) or. 4.^a
Deus omnium fidelium pastor et rector
Famulum tuum Josephum, quem Pasto-
rem Ecclesiae Oxomēnsi... (ut in Missal.
pro Ep. consecrat.,) omittendo hodie
Collecta pro Papa quamvis imperata.»

Vp. integr. dicunt, de S. Paul Ap.
añae. et Psalm. de 2. Vp. cñi. App. Cap.

Bonum... hymn. *Egregiae...* añã. ad
Magnif. V et or. ut in 1. Vp. S. Paul.
Ap. in Eccles. pr., com. S. Petr. (ut ibi)
et diei oct. S. Joann. Bapt. (ut in 1. Vp.
de fest.)





Julius.

I **F**ER. 6. *alb.* Oct. S. Joann. Bapt., dup.,
ut in fest. ll. 1. N. de Scr., 2. N. pr. de
die oct. et ita ll. 3. N. sed in Brev. antiq.
erunt de 2.^a die infraoct., com. oct. Ss.
App. Petr. et Paul (aña. ad *Btus.* et
Magnif. et *Ÿ* sunt pr. in infraoct., or.
Deus qui hodiernam diem..) in Ld.

Mis. ut in fest., or. 2. Ss. Petr. et Paul.,
Cr., Praef. de App.

Vp. seq., com. praec. tant. (J. et V.)

2 Sab. *alb.* Visit. B. M. V., dup. 2. cl.,
Offic. pr., 9. l. et com. Ss. Proces. etc.
Mm. in Ld.

Mis. pr., (or. 2. in priv. Ss. Process.
etc. (*Cr., Praef. Et te in Visitatione.*

In Vp. com. seq. (ex decret.) et Dom.
(aña. ut in Sab. ante Dom. 6 post Pent.
et or., *Ÿ* de Psalt.)

- 3 Dom. ✠ 6 post Pent. *rub.* Fest. Pretios. Sanguin. D. N. J. C., dup. 2. cl., Offic. pr., 9. l., hom. et com. Dom. in Ld. Ad Prim. *R* br. ut in Offic.
 Mis. pr., or. 2. et ult. Ev. Dom., *Cr.*, *Praef.* de Cruce.
 In Vp. com. seq. et Dom.
- 4 Fer. 2. *rub.*, S. Irenaei Ep. M., dup., Offic. pr. (Codic. Dioec.) si desit de cñi. 1. loc., com. oct. in Ld.
 Mis. pr., or. 2 oct., *Cr.*, *Praef.* de App. Vp. a Cap. seq., com. praec. et oct.
- 5 Fer. 3. *alb.*, S. Michaelis de Sanct., C. dup., (H.) ll. 1. N. de Scr., com. oct. in Ld. et
 Mis. pr., *Cr.*, *Praef.* de App.
 Vp. seq. (ex Decret.) ut in Brev. notat. com. praec.
- 6 Fer. 4. *rub.*, Oct. Ss. App. Petr. et Paul. dup., ll. 1. N. de Scr., rel. pr. et
 Mis. *Cr.*, *Praef.* de Ap.
 In 2. Vp. fit com. seq.
- 7 Fer. 5. *rub.*, S. Firmini E. et M., dup., (H.) ll. 1. N. de Scr.
 Mis. pr.
 Vp. seq., com. praec.
- 8 Fer. 6 *alb.*. S. Elisabeth. Regin. Portu-

gal. Vid., dup. 2. cl., (H.) Offic. pr. et Mis.

In Vp. com. seq.

- 9 Sab. *rub.*, Commemorat. omn. Ss. Roman. Pontif. Eccles., dup. maj., Offic. pr. ut in Codic. Dioec.

Mis. pr. vel *Sacerdotes...* de cñi. C. P. Epist. *Mementote...* ad Hebreos, Ev. ut in fest. App. Petr. et Paul., *Cr.*, *Praef. Commis.*

In Vp. com. Dom. (añã. ut in Sab. ant. Dom. 7. et or., Ý de Psalt.) et Ss. Sept. Fr. Mm. (cras simplif.)

- 10 Dom. ✠ 7. post Pentecost. *virid.* De ea, sem., Offic. ut in Psalt. et pr., 9. 1. (ex 2.) Ss. Sept. Fr. Mm. et com. in Ld. Suffrag., Ad Prim. Psal. *Confitemin. Symbol.* et preces.

Mis. pr. or. 2. Sep. Fr. Mm., 3.^a *A cunctis Cr.*, *Praef. Trinit.*, Ev. ult. S. Joann.

Vp. seq. (hymn., añã, Ý et or. pr.) com. Dom., Ss. Sept. Fr. Mm. et S. Pii P. et M.

- 11 Fer. 2. *alb.*, Ss. Cyrilli et Method. EE. CC., dup. (fix. ex 5 [huj.]) Ad matutin. et Ld. hymn., añã. et Ý pr. ll. 1. N. de

Scr., 9. 1. et com. S. Pii P. et M. in Ld.
Mis. pr., or. 2. S, Pii sine *Cr.*

Vp. a cap. seq., com. praec. (ut in
pr.) et Ss. Nabor. etc. Mm.

12 Fer. 3 *alb.*, S. Joann. Gualber. Ab:
C. dup., ll. 1. N. de Scr., com. Ss. Na-
bor. etc. Mm. in Ld. et
Mis. pr.

In 2. Vp. com. seq.

13 Fer. 4. *rub.*, S. Anaclet. P. et M., sem.,
ll. 1. N. de Scr., Suffrag. ad Ld., ad
Prim. prec.

Mis. *Sacerdotes...* or. 2. *A cunctis...* 3.
ad libit. Ev. *Si quis venit...* ex Mis. praec.

Vp. seq. (añã. in utrisque *O Doctor..*)
com. praec.

14 Fer. 5. *alb.*, S. Bonavent. E. C. D.,
dup., ll. 1. N. *Sapientiam...* R. 8. *In*
medio, et

Mis. *Cr.*

In 2. Vp. com. seq.

15 Fer. 6. *alb.* S. Henrici Imperat. C., sem.,
(*) ll. 1. N. de Scr., Suffrag. ad Ld. ad
Prim. preces.

Mis *Os justis...*, or. 2. *A cunctis...*, 3.^a
ad libit.

Vp. seq. com. praec. (J. et *Y.*)

¶ Ab his Vp. usque ad solis occasum diei seq. omnes Christi fideles vere confessi et S. Communione refecti Indulgentiam plenariam (applicabilem animabus) lucrari possunt toties quoties visitaverint quamlibet ex Ecclesiis aut quodlibet ex publicis Oratoriis Fr. sive Monialium Ordinis Carmelit. tum Calceatorum tum Excalceatorum ibique oraverint pro Concordia etc. (Indul. perpet. 16 Maj. 1892.)

16 Sab. *alb.*, Commemorat. B. M. V. de Monte Carmelo, dup. maj., Offic. pr. et Mis., *Cr.*, *Praef.* *Et te in Commemoratione.*

In Vp. com. Dom. (añã. ut in Sab. ante Dom. 8 post Pent. et or. *ŷ* de Psalt.) et S. Alex. C. (cras. simplif.)

17 Dom. ☩ 8 post Pentecost. *Virid.* De ea, sem., Offic. ut in Psalt. et pr. 9. l. et com. S. Alex. C. in Ld. Suffrag. Ad Prim. Psalm. *Confitemini...*, *Symbol.* et *Precs.*

Mis. pr., or. 2. S. Alex. C. 3.^a *A cunctis...* *Cr.*, *Praef.* *Trinit...* Ev. ult. S. Joann.

Vp. seq. com. Dom., S. Alex. C. et

Ss. Symphoros. etc. Mm. (In hymn. Vp. ad *Ÿ O Crux.* genuflect.)

- 18 Fer. 2. *rub.*, Triumph. S. Cruc., dup. maj., (H. fix. ex 16 huj.) Offic. pr., 9. 1. et com. Ss. Symphoros. etc. Mm. in Ld. Mis. pr., or. 2. S. Symphoros., *Cr.*, *Praef. de Cruce.*

In Vp. com. seq.

- 19 Fer. 3. *alb.*, S. Vincent. a Paul. C., dup. (*) ll. 1. N. de Scr., rel. ut in Brev. (sed cum addit. ad 6. 1. ut in C. Dioec.)

Mis. *Justus...* Ev. de Offic.

Vp. seq. (añã. ad Magnif. pr.) com. praec. tant.

- 20 Fer. 4. *rub.*, S. Liberatae V. et M., dup. 2. cl. (H.) Offic. pr., com. S. Margaritae V. et M. (*Ÿ Specie tua...*) in Ld.

Mis. pr., or. 2 (in priv.) S. Margaritae.

In Vp. com. seq. et S. Praxed. V.

- 21 Fer. 5. *alb.*, S. Camilli de Lelis. C., dup., (*) (fix ex 18 huj.) ll. 1. N. de Scr. rel. pr. cum addit. ad 6 l. (ut in C. Dioec.) 9. 1. et com. S. Praxed. V. in Ld.

Mis. pr., or. 2. S. Praxed.

Vp. a Cap. seq. (añã. et hymn. pr.) com. praec.



22 Fer. 6. *alb.*, S. Mariae Magdalen., dup.,
Offic. pr. et Mis. *Cr.*

Vp. a Cap. seq., com. praec. (añã.
pr.) et S. Libor. F. et C.

23 Sab. *rub.*, (Vig. S. Jacob. Ap. Jejun.)
S. Apollinar. E. et M., dup., ll. 1. N. de
Scr. 9. l. hom. (H.) et com. Vig. (añã. et
Ÿ de Psalt. or. pr.) et S. Libor. in Ld.

Mis. pr., or. 2 et ult. Ev. Vig. (H.) 3.^a
S. Libor., quae in Ld. et Mis. erit
Exaudi.

¶ In Cathedr. et Colleg. 2 Mis., 1.^a de
festo post Tert. cum com. S. Libor., 2.^a
Mis. post Non. de Vig. (Dalmat. *Viol.*)
or. 2. *Concede...* 3.^a *Ecclesiae...* In utra-
que Ev. ult. S. Joann.

Vp. a Cap. seq. (hymn. pr.) com.
praec., Dom. (añã. ut in Sab. ante Dom.
9. et or.) et S. Christinae V. et M.

24 Dom. ☩ 9. post Pent. *rub.* Ss. Justae
et Rufinae Vv. et Mm., dup., (fix ex 19
huj. H.) Ad Matut. et Ld. hymn pr., ll.
1. N. de Scr. (ex hac Dom.) 9. l., hom.
et com. Dom. et S. Christinae in Ld.

Mis. *Loquebar...* Epis. *De Virginibus..*
ex Mis. *Vultum tuum...* Secreta. et Post-
com. de cñi. Vv. Mm., or. 2. et ult Ev.

Dom., 3.^a S. Christinae, *Cr.*, *Praef.*
Trinit.

Vp. seq. sine ulla com.

25 Fer. 2. ✠ *rub.*, S. JACOB. AP. HISPAN.
PATRON. dup. 1. cl. cum oct., Offic. pr.
(H.) et

Mis. *Cr.*, *Praef. de App.*, et per oct.

¶ *Nihil de S. Christophoro M.*

In 2 Vp. fit com. seq. (etiam in Eccles.
pr.)

26 Fer. 3. (†) *alb.* S. Annae. Matr. B. M.
V., dup. 2. cl., Offic. pr.

Mis. *Cr.*, *Praef. de App.*

In Vp. com. seq. (añã. pr.)

27 Fer. 4. *rub.*, S. Pantaleon. M., sem. (H.)
ll. 1. N. de Scr. rel. pr. et añãe. ad Ld.
et *Btus...* com. oct.

Mis. *Laetabitur...* or., pr., 2. oct., 3.^a
Concede... *Cr.*, *Praef. de oct.*

Vp. a Cap. seq., com. praec. (añã.
pr.) et oct.

28 Fer. 5. *rub.*, Ss. Nazar. et Soc. Mm.,
sem., ll. 1. N. de Scr., com. oct. in Ld.

Mis. pr. rel ut heri notat. ad Missam.

Vp. a Cap. seq., com. praec., oct. et
Ss. Felic. etc. Mm.

29 Fer. 6. *alb.*, S. Marthae V., sem., ll. 1.

N. de Scr., *R* 1. *Veni electa...* l. br. *O quam.* com. oct. et Ss. Felic. etc. Mm. in Ld.

Mis. pr., or. 2. oct. 3.^a Ss. Felic. etc. Mm., *Cr.*, *Praef.* de oct.

Vp. seq. (*) com. praec. oct. et Ss. Abdon. et Senen. Mm.

- 30 Sab. *alb.*, S. Hieronym. *Æmilian.* C., dup., (fix. ex 20 huj.) ll. 1. N. de Scr., com. oct. et Ss. Abdon. etc. (cum. 9. l.) in Ld.

Mis. pr., or. 2. oct. 3.^a Ss. Abdon. etc. *Cr.*, *Praef.* de Oct.


Vp. seq., com. praec. et Dom. (aña. ut in Sab. ante Dom. 1. August., or. ex 10 post. Pent.) tant.

- 31 Dom. ☩ 10 post. Pent., 1.^a August. *alb.*, S. Ignat. de Loyol. C., dup., 2. cl., ll. 1. N. *Btus vir...*, 9. l., hom. et com. Dom. in Ld.

Mis. pr., or. 2 et ult. Ev. Dom., *Cr.*, *Praef.* de App.

In 2. Vp. fit com. seq. (ut in 1. de fest.) Dom. et Ss. Machabeor. Mm.





Augustus.

- I **F**ER. 2. *rub.*, Oct. S. Jacob. Ap., dup.,
(H.) II. 1. N. de Scr. (ex Dom. 1.^a Au-
gust. praec.) rel. ut in fest. et pr., 9. I.
et com. Ss. Machabeor. Mm. in Ld.

Mis. ut in fest. *Cr.*, *Praef.* de App.
or. 2. Ss. Mm.

Vp. seq. sine ulla com.

- ¶ «Ss. Pius P. IX, omnib. Christi fide-
libus utriusq. sex. qui vere poenitent. ac
Sacra Communion. resect., visitaverint
Eccles. Cathedr. Oxomen. a 1. Vp. S.
Petr. Patron. et Ep. ejusdem Dioec.,
necnon a 1. etiam Vp. Assumpt. B. M.
V. Titular. ipsius Cathdr. usq. ad solis
occassum earundem dierum, ibique de-
vote oraverint juxta mentem Sanctit.
Suae per aliquod temporis spatium, ple-

nariam Indulg. in utroq. festo lucranda, fidelibus quoque defunctis applicabilem, benigne in perpetuum elargitus est.) Brev. 31 Januar. 1859.»

- 2 Fer. 3. ☒ *alb.* S. PETRI EP. OXOMENS. *Alm. Eccles. Cathedr. ac Totius Dioec. Patron...*, dup. 1. cl. cum Oct., (H.) ll. 1. N. *Fidelis sermo*:: rel. pr. Mis. *Statuit...*, Cr. et per. Oct.

¶ *Nihil de S. Steph. P. et. M.*

In Vp. com. seq.

3. Fer. 4. *alb.* B. Joannæ de Aza, Matr. S. Dominici de Guzm. Vid. dup., ll. 1. N. de Scr., rel. utin Codic. Dioec., com. Oct.

Mis. pr. vel *Cognovi...* or. 2. oct. Cr.

Vp. seq. (*) com. praec. tant.

- 4 Fer. 5. (††) *alb.*, S. Dominici de Guzman C. Patron. minus principal huj. Dioec., dup. 2. cl., ll. 1. N. *Btus vir...* rel. pr. et

Mis., Cr.

- ¶ Hodie est annivers. prim. Creat. Ss., D. Pii X. feliciter regnant., quem Deus ab omn. mal. incolum. faciat. Quapropter omnes Sacerdotes orar. tenent. in Memento vivor. ut diu vivat et Ecclesiam

sibi commissam bene regat, addendo in Mis. Solemn. et privat. or. *Deus omnium fidelium.*

In Vp. com. seq. (J. et \bar{y})

- 5 Fer. 6. *alb.*, Dedicat B. M. V. ad Nives. dup. maj., Offic. pr., com. oct. in Ld. et Mis. *Cr.*, *Praef. Et te in festivitate...*

Vp. seq. com. praec., oct. et Ss. Xyst. et Socior. Mm. (J. et \bar{y} ut in Offic. seq.)

- 6 Sab. *alb.* Transfigurat. D. N. J. C., dup. maj., Offic. pr., com. oct. et Ss. Xyst. et Soc. Mm. (cum 9. l.) in Ld.

Mis. pr., or. 2 oct., 3^a. Ss. Xyst. et soc. Mm., *Cr.*, *Praef. Nativit.*

In 2. Vp. com. seq. (añã. pr.), Dom. (añã ut in Sab. ante Dom. 2 August. or. ex 11.^a post Pent.) oct. et S. Donat. E. et M.

